

*ter Patrie profectus est. Secum  
salus sublata est. Secundo: Ve-  
nit uictor ualidus. Uicit uires ur-  
bis uestre. Tertio: Ferro. Fame.*

*Res romana ruit ferro flammaque fameque.*

*Roma ruit. que quanta fuit docet ipsa ruina. Et:*

*Si lapis est unus. dic qua fuit arte leuatus.*

*Si lapides multi. dic ubi contigui.*

Haec an *Friderici II.* aut *Ludo-  
vici Bavari* tempora, an fugam  
*Innocentii IV.* an turbas a *Boni-  
facio VIII.* aut a *Nicolao Rientio*  
excitatas respiciant, difficulter  
quis statuerit. Simile quid de li-  
teris *Romae* super templi portam  
in quatuor circulis descriptis,  
quas *Beda* transiens interpretatus  
dicitur, inter alia fabulosa habes  
in *Catonis moralissimi P. I. metri-  
cali* ad v. *Quae nocitura tenes &c.*  
Edit. *Augustanae* 1475. f. Litera  
T literae majori O miniatae in-  
clusa in ora inferiore p. i. fortas-  
sis denotat, Codicem olim ad  
Coenobium *Ottoburanum* perti-  
nuisse.

CVII. VI. 2. 16.

226 Codex chartaceus lat. Sec.  
XV. Folior. 322. f. a *M. Nico-  
lao de Dinkelspuchel*, qui obiit a.  
1433. legatus ad librariam *Colle-  
gij ducal.* continet sequentia: I.  
*Zachariae Chrysofolitani* Ord.  
Praemonstrat. Sec. XII. Scriptoris  
*Expositionem in Harmoniam  
Evangelicam*, de qua ad *Cod.*  
praeced. jam dictum est. Itaque  
*οικονομια* tantum Exemplaris hu-  
jus breviter indicabo. Initium fa-  
*Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.*

*Frigore. Flamma. Regale roma-  
num ruit regnum.* Subscripti sunt  
et hi versus:

*Explicit materia capitulorum huius li-  
bri Vnius ex quatuor (Μονοτεσσα-  
γων) Deo gratias.* Abest hic Elen-  
chus ab edit. *Colon.* 1535. f. Se-  
quitur Praefatio prima, quae in-  
cipit: *De excellentia euangelij et  
differentia ipsius ad legem &c.* Se-  
cunda, quae incipit: *Matheus  
cognomento leui, cuius uocacio &c.*  
Elenchus Capp. omnium IV. Li-  
brorum. Praefatio tertia bre-  
uior: *Notum facimus lectori &c.*  
Tandem Opus ipsum a *Lucae Pro-  
logo* inchoat, et in haec verba  
definit: *post paucum tempus ascen-  
sionis.* Subjicitur: *Explicit unum  
ex quatuor seu concordia ewange-  
listarum et desuper expositio conti-  
nua exactissima diligentia edita a  
Zacharia criloposita.* Adhaerent  
*interpretationes nominum in ewan-  
gelio*, aliquantum ab iis diver-  
sae, quae supra dictam Editio-  
nem *Colon.* antecedunt.

II. fol. 273. Scriptum Ano-  
nymum in causa *Johannis Parvi  
Doct. Parisini* ventilata in *Conc.  
Constantiensis* Congregatione 5.  
*Maji* 1416. quo contenditur,  
famofas illius IX. *Propositiones de*

T Ty-

*Tyrannicidio* merito ab Episcopo Parisino Gerardo de Montaigu condemnatas fuisse. Initium est: *Supponitur quod Judicium super IX. assertionibus et qualificationibus earum pendet coram hoc sacro Concilio. &c. Johannem Gersonem in Concilio contra Episcopum Atribatensem Parvi fautorem stetitisse docent Acta apud Herm. von der Hardt T. IV. P. 8. p. 724. et Bulaeus in Hist. Univ. Paris. T. V. a p. 120. Quid si igitur Scriptum istud, quod ineditum putem, illi adtribuatur?*

III. fol. 275. *Traëtatus Cancell. parys. (Joh. Gersonis) de potestate ecclesiastica.* Initium praemisso *Probemio* five Summariis XIII. Considerationum est: *Potestas ecclesiastica debet ab ecclesiasticis quid. qualis. et quanta sit agnosci &c.* Extat *Opp. omn.* edit. dictae *Antverp. T. II. P. 2. col. 225.* In *Cod. nostro* subscribitur: *Hic traëtatus scriptus est seu compositus in Concilio generali Constantien. per R. M. Johannem de jersano Cancellarium parysiensem Anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> decimo septimo.* Hanc subscriptionem excipit *Arbor de origine Juris*, sed non integra, nec praemissis illis III. *Conclusionibus*, quae in editis comparent.

IV. fol. 290. p. 2. *Sequitur Traëtatus bonus de sacerdocio et regno.* Initium: *Interdum contingit quod vitare volens errorem aliquem dilabitur in errorem contrarium &c.* Traëtatus hic alias inscriptus *de Potestate regia et populi*, quo limites utriusque Po-

testatis exacte defiguntur, et Curialistarum argumenta solvuntur, est *Johannis O. P. dicti jam Parisiensis*, jam *Quidort*, alias *Surdi*, vel etiam alicubi *de Poliaco*, sed abs re, et lucem vidit primo *Parisii 1506. 4.* ut testatur *Quetifus in Scriptt. O. P. T. I. p. 501.* dein in *Schardii Syntagm. de Imp. Jurisdic. tam Basileae 1566. quam Argent. 1609. f. pagg. 142. et 113. V. fol. 319. p. 2.* absque inscriptione: *Oblaturus iuxta seniorum huius sacri Concilii Constan. monitionem generalem &c.* Est *Traëtatus Joh. Gersonis* contra necessitatem Communionis sub utraque specie, qui pluribus *Codd.* occurret, nihilque hic ab iis diversum offert.

CVIII. VIII A 13.

Codex membraneus lat. Sec. 47 XV. Folior. nunc 205. f. max. per duas columnas perquam eleganter scriptus, literis initialibus auro, coloribusque illis continet *Thomae Aquinatis Catenam auream*, seu, ut ipse inscripsit, *Continuum in Lucae Evangelium*, ex PP. dictis eo artificio connexum, ut, si autorum nomina, unde interpretatio sumta est, demas, unius videatur esse lucubratio, ut observat *Possevinus* in *Appar. sacro.* Textus evangelicus caractere unciali, Commentarius minori exaratus est. Deest vero, si Codicem hunc cum Editione principe *Romae per Contr. Schweinbeim et Arn. Pannarz MCCCCLXX. f. compares*, folium